Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

BAbenberga preclara ciuitas Franconie: Quam Radiancia fluuius (vernacula lingua Red-
nitz dictus) diuidit: In bono ac ferari loco sita: Is fluuius non longe a Nuremberga pegnico am-
ne exoneratur: prebetque babenbergensibus oblectamentum varium / ac vtilitatem ob nauigia pluri-
mum accomoda: Deinde in Moganum descendens qui non paucas franconie perlabitur ~~ciuitates~~ vrbes
Supra ciuitatem in edito monte Arx est natura et arte munita. Luitolfus princeps Saxonie
suis temporibus claruit / Cuius filius Otto, genuit heinricum humilem primum, Romanorum regem
Qui germanie prefuit: Et filiam babam: A qua hec ciuitas babenberga vocitatur: quamque non-
nulli montem pauonis appellant: hec baba comitissa babenberge / duos genuit filios Reynol-
dum / Quem Conradus dux francie occidit / Nongentesimo et sexto salutis anno: Et albertum
nobilissimum francorum comitem / prescripti Ottonis saxonie ac thuringie ex filia baba nepote
Qui Conradum fratrem ludowici regis romanorum ob necem fratris vita priuauit. Quo obtento
in arcem vrbis se contulit: Et aliquamdiu regis obsidionem pertulit: Difficilis expugnacio loci
videbatur Ob quam rem ad dolos recursum est. hatto epus maguntinus minister sceleris in-
uentus est: Qui profectus ad albertum litis arbitrum se dixit. Rogauitque albertum: ut ad Im-
peratorem in castra descenderet: qui vel pacem ei daret / vel in arcem reduceret incolumem.
Credidit Albertus, accepta iurisiurandi religione. Albertus autem comes deinde recepta fide et
promissione hattonis archiepi, cum eo pergens a castro suo: vix autem arcem egressi Tum hatto
vereor inquit ne diu apud Imperatorem morari oporteat / Vtilius fortassis consilium erit, pri-
us sumpsisse cibum: Laudauit Albertus verba presulis / Et in Castellum rediens: hattoni prandium
dedit, nulla alia securitate ab epo requisita / Quo sumpto ad Imperatorem cum eo perrexit: Vbi mox
captus: et capitali sentencia damnatus: Condempnatus monet archiepiscopum de facta securitate
sue promissione: Respondit pater religiosus epus: se fidei et promissioni satisfecisse: Ipsumque a ca-
stro egressum: incolumem semel in castrum suum reduxisse / Cum ad prandium introiuit: bis reducere
non promisisse: Infoelix Albertus gladio obtruncatus est: Melius romani qui pari fraude vi-
rum ex captiuis ab hannibale romam missis. vinctum remisere: Predia que Albertus habuit
Imperio postea cesserunt. Otto vero tercius Imperator predia plerumque duo heinrico tradidit
ut in priuilegio eius scribitur / Nouerint omnes xpi fideles Qualiter nos obtinuentum dilectissime